

carus ecclesie majoris wormacien. Amico et sociis suis carissimis. Ad Rhenum natus erat Rudesheimii Rudolphus a Sede Lavantina ad Wratislaviensem translatus a. 1468. Inde, ut videtur, haec cum Wormatiensibus consuetudo. Argumentum porro Literarum, quarum initium: *Quantos labores sollicitudinem atque curam &c. molestiae in legatione sua exantatae, spes in Matthia Hungariae Rege, quem ob ipsius amplas virtutes et merita ipsa die Inuencionis sancte Crucis 3^a Maij in ecclesia Olomucen. premissis Missarum solemnibus de spiritu sancto celebratarum ipso inspirante concorditer et unanimiter in regem bohemiae elegimus, Consensus Moravorum, Catholicorum Baronum Bohemiae, Silesiorum et utriusque Lusatae in hanc electionem, Matthiae ipsius confidentia, quod illustrissimi principes domini electores Imperii ceterique duces principes prelati populi que catholici nationis nostrae ad extirpandam funditus huiusmodi heresin suae celsitudini velint et dignabuntur assistere.* Finis: *Hec noua vos domine decane cum sincera commendacione nostra Illustrissimo domino (Fridero Victorioso) Comiti palatino Renu duci bauariae Principi Electori Imperii, Reuerendis patribus dominis Wormacien. et Spiren. scribere et copiam litere nostrae transmittere. Similiter et dominis de Capitulo wormac. domine abbatisse in Nonnenmunster (O. Cist.) Priori et patribus kyrsgarten. (O.*

Can. Reg. S. Aug.) ceterisque dominis et fautoribus nostris significare. Ipsosque in kyrsgarten et Nonnenmonster hortari uelitis, quatenus omnipotentem deum orent, ut quantocius hec labes et heresis buffytica penitus exterminetur et cesset. Datum in Olomuncz VI. Maii Anno domini MCCCCLXIX. De rerum successu haec in Nic. Henelii Annalib. Siles. T. II. Sommersberg. p. 349. Quod Calicis usum permittere Bojemis Mathias nollet, mox eo repudiato Wladislaus Casimiri Poloni Major natu Filius, Georgio (Podiebrado) non usque adeo invito, sed ut hic ad Mortem usque Regnum retineret, subrogatur. Tametsi vero Regno Boemiae Mathias potitus non est, Titulum tamen ejus retinuit, nec Moraviae solum sed Silesiae, quoad vixit, Dominus fuit. Lusatiam neutram a Boemia descivisse, nec unquam Mathiam Dominum agnovisse Auctor est Casp. Peucerus Chron. L. V. cui vix est, ut hac quidem in re asferri possim. Recte; nam et Noster ait: *Lusacya denique superior et inferior (Matthiam) in regem gratanter et sponte recipiunt.* De Rudolpho Ep. adi T. mox cit. p. 170. 195. T. III. p. 16. Hactenus egregius Codex.

CLXXXIII.

VI. 7. 3.

Codex chartaceus lat. Sec. 806. XV. Folior. 185. 8. currente calamo scriptus et olim Wenc. Ros. Ll 3 sae

sae Sacerd. Bobemi continet Concordantias sacrorum Bibliorum praemisso brevi de earum integritate Monito. Ad calcem legitur: Expliciunt concordantie excerpte de maioribus concordancijs (id, quod negat Monitum) Anno domini M^o. CCCXXXVIII. in die Agapiti, additurque bohemicæ: Anno et ceciderunt Heroes Taboritarum hora una de viginti, id est, sexta ante occasum solis ad Horologium olim in Bobemia usitatum. Cladem hanc Taboritarum 30. Maji h. a. qua uterque Procopius cecidit, narrat ex Hi-

storici Bob. Cl. Pelzelius in Hist. Bob. germanice edita Pragae 1774. p. 290. 8. Aliud ad res Temporis notatur folio Codici praetexto, quod latine versum: Anno 1530 Circa Sancti Wenceslai complures de Hungaria collecti homines irruptionem fecerunt in Moraviam et incendio perdidērunt Hunnobrodam (Ungarisch Brod) aliosque vicos, et haud paucos homines captivos duxerunt atque etiam occiderunt. Qua de re Deus vindictam sumat! Item ad Codicis finem:

*Kuoñ gednu brzibietem
Człowiek dwakrate dytétem.*

Quasi dicas: Equus semel binnullus, Homo bis infans.

CLXXXIV.

803 Codex chartaceus lat. boh. Sec. XV. Folior. 271. 8. curren-
te calamo non una manu perferip-
tus et rubricis distinctus, quon-

dam ad numerosam *Wenc. Rossii* saepe memorati Supellestem
bibliothecam pertinuit, cum eaque
in Arcem *Ambrosianam* translatus
fuit. Exhibet vero: I. *Concordan-
tias Super nouum testamentum.*

II. fol. 30. Versus mnemoni-
cos in N. T. hujusmodi:

*Natus. adoratur. lotus. temptat. docet. orat.
Dogma. Salusque. vocat. eligit. laudat. fata transit &c.*

Singulis Vocibus hisce, sed non
per totum, addita est brevis Ex-
positio.

III. fol. 35. *Metra* super IV.
Evangelistas et *Actus Apost.* ad-
jectis ad oram *Capitum* numeris.
Ita orditur *Matthaeus*:

*Abraham. sponsata. nollet. laus. ducere. docet.
Bethleem. egiptum. rachel. archelaus. nasarenus. &c.*